Matrimonio contracto ſecundùm conſuetudinem Regni abſque dubio ſunt omnia in inventario ſcribenda, & dividenda: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 100. *p.* 143.: contracto verò ſecundùm jus commune, ſi de animo ſponſi non conſtat, donna parvi valoris mulieri reſervantur: *n.* 101. *p.* 144.; & quæ iſta ſint, arbitrio judicis relinquitur: *n.* 102.; cætera in amoris pignora à ſponſo ſponſæ data, ut catena aurea, adamas, gemma, annulus, & reliqua ſcribenda, ſed non dividenda: *n.* 107. *p.* 145.; niſi ſint magni valoris: *n.* 108; lectulus quotidianus ſcribendus, at non dividendus: *ibi n.* 109.; bona dotalia, & paraphernalia ſcribenda, ut reſtituantur, non ut dividantur: *n.* 117. *p.* 146.; & ſervi, & mancipia ſunt in inventario ſcribenda: *n.* 122., & ita ſimiliter in inventario fiſci: *n.* 125.; ſervitia facta Principi: *num.* 126.; libri rationum, chyrographa, & inſtrumenta: *n.* 127; non autem deſcribuntur res, quas hæres habet ex jure proprio: *n.* 129. *p* 147.

Ratio hujuſmodi omnimodæ deſcriptionis eſt, quia inventarium nil aliud eſt, quàm deſcriptio omnium earum rerum, quæ in hæreditate reperiuntur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 8. *p.* 113.; & hinc fluit diſquirere, an ſi inventario non apponantur, & annotentur res omnes, amittatur illius beneficium? *à n.* 3 *ad* 113. *à p.* 112., ubi pro negativa reſolvitur. Aſſerenti omnia bona deſcripta fuiſſe incumbit onus probandi: *n.* 11. *p.* 113.; hujuſmodi tamen probatio per conjecturas, & præſumptiones fieri valet: *ibidem n.* 12.

*Occultantes bona inventario qua pœna puniantur?*

Delictum eſt bona occultare: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 49. *p.* 116.

Occultatio vera quandò committatur? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 50. *p.* 116.

Hæres inventarium non conficiens an præſumatur doloſus, & adversùs eum in litem juretur? Ultrà dicenda in verb. *Juramentum in litem*, negativè reſolvitur in *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 30. 31. *p.* 245.; doloſus etiam præſumitur hæres, & bona occultâſſe creditur, ſi non conficit inventarium intrà tempus: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 7 *p.* 77; ceu aliàs ex confectione inventarii reſultat præſumptio, quòd alia defuncti bona non ſint: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 30. *p.* 92.

An, & quandò omittens res in inventario deſcribere ad rerum omiſſarum duplum, & ad amiſſionem Falcidiæ teneatur? *tr.* 1. *l.* 1. *c* 9. *n.* 14. 15. 21. 22. 24. 129. *à p.* 114. Omiſſio ergo deſcriptionis bonorum ſi ſemper doloſa cenſetur, ſummoperè rigoroſa eſt juris diſpoſitio? Magis querulus extas; quia ſi omiſſio deſcriptionis eſt bonorum immobilium, non præſumitur ex dolo: *dict. c.* 9. *n.* 30. *p.* 115.; nec quando occultatio talis eſt rei, quod de facili detegi poſſit: *ibi n.* 31.; nec quando res parvi momenti eſt: *n.* 33.; imò ignorantia, quælibetvè alia juſta cauſa, à pœna occultationis excuſat: *n.* 39. *p.* 116.; igitur mulier, ruſticus, & minor denegantes bona inventario, quia errore ducti ſua eſſe putabant, excuſantur: *n.* 40. 41.; maiores etiam ex juſta cauſa reſtituuntur contrà occultationem: *ibid. n.* 43. *p.* 116.

Ut locum habeat occultationis pœna requiritur, quòd probetur bona eſſe penes defunctum tempore illius mortis: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 44. *p.* 116.; & hæc probatio facienda eſt ab eo, qui pertendit

Obra protegida por direitos de autor

tendit bona eſſe occultata: *ibi n.* 45.; & non ſufficit probare bona reperta fuiſſe penes hæredem parum poſt mortem defuncti: *n.* 46.; mente tamen tenendum, quòd bona inventa penes conjugem ſuperſtitem, Caſalis eſſe cenſentur: *n.* 47.; niſi adſit intervallum: *ibid. n.* 48. *p.* 116.

Per oblivionem quis deſcriptionem aliquorum bonorum omittens excuſatur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 57. *p.* 116.; pariformiter excuſatur, qui dat bona inventario cum proteſtatione addendi: *ibi n.* 36. *p.* 117.; & quid in inventario captorum per Sanctam Inquiſitionem? *n.* 66. *p.* 118.; occultans doloſè bona à pœna non liberatur, eà ante litis conteſtationem offerendo: *n.* 81. *p.* 119.; tranſactio circà bona occultata nihil efficit: *n.* 83.; dotatus, malicioſè occultans tempore collationis bona dotata, occultationis pœnam incurrit: *n.* 85. *p.* 119., & bona occultata unà cum eorum fructibus ſunt reſtituenda: *ibi num.* 86. *p.* 119.

Quando quis interpellatus eſt, ut ſpecificè hæc, illavè bona det inventario, & omittit, incidit in pœnam occultationis, etiamſi ſit minor: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 87. *p.* 120.; quia minor in tali caſu eſt in vero dolo conſtitutus: *ibi n.* 88.; & minor adversùs dolum verum non reſtituitur: *n.* 89.; leviores præſumptiones ſufficiunt ad præſumendam occultationem contrà Chriſtianos novos dantes bona inventario in caſu confiſcationis: *n.* 90.; quia iſti ut plurimùm ſolent bona occultare: *n.* 102. *p.* 121.; contrà occultantes bona in inventariis confiſcatorum per Sanctum Officium adeſt lex noviſſima: *n.* 107. *p.* 122.

Probatio occultationis eſt difficilis: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 108. *p.* 122.; quid autem ſi probetur occultatio, quantitas verò, pondus, aut numerus non probetur? *ibi n.* 125. *p.* 123.

Ex ſola occultatione bonorum inventarium nullum non redditur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 128. *p.* 124.

Tutor doloſè bona inventario dénegans, ſuſpectus rémanet: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 130. *p.* 124.; ſed in pœnam dupli (de quâ *ſupr. hoc eod. cap.* 9. *n.* 21. 22. 24. 129. *p.* 114. & 124.) non incidit, ſi ad commodum pupilli occultet: *ibid. n.* 131. Si famulus ſine conſenſu domini inventarium conficiat, & bona occultet, nec ideò dominus ipſe ad pœnam occultationis obſtringitur: *n.* 136. Idem dicendum de procuratore ſine conſenſu domini: *num.* 137.; quia ut occultationis pœna incurratur, requiritur, quòd quis faciat inventarium uti hæres: *n.* 138.; ac ideò faciens inventarium uti poſſeſſor, & Caſalis caput, etſi bona occultet, ad duplum non tenetur: *n.* 139. *p.* 125.; niſi occultatio fiat in minorum damnum: *n.* 149. *p.* 125.

Occultationis pœna non incurritur ipſo jure, ſed ſententiâ condemnatoriâ opus eſt: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 141. *p.* 125.; ceſſatquè ubi quis bona inventario dare non tenetur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 110. *p.* 145.

Hæc actio ad occultata bona petenda, & eorum duplicem æſtimationem, non præſcribitur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *à n.* 143. *ad* 146. *p.* 125.; an idem ſit de occultatis in inventariis confiſcatorum? *à n.* 147. *p.* 125.; bona occultata, & duplum, quomodò peti poſſint? *n.* 161. *p.* 128.; adversùs tertium poſſeſſorem, qui inventarium non fecit, actio ad duplum non porrigitur: *n.* 162.; ineptè hæc actio movetur ſine certitudine inventarii: *ibi num.* 163. *p.* 128.

Maritus non eſt detrudendus in carcerem ob occultationem: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 164. *p.* 125.; ſed ubi per ſummariam informationem conſtat, bona eſſe fiſco occultata (non in aliis inventariis) ſequeſtrantur bona, reuſquè ordinariè auditur: *n.* 165. *p.* 125.

Officium judicis implorari valet, ut bona

Obra protegida por direitos de autor

na occultata inventario deſcribantur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 167. *p.* 128.

Coram quo judice actio pro celatis pertractanda ſit? Ante partitiones coram illarum judice; poſteà verò coram judice occultantis: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 168. *p.* 128.; & ſic quilibet privilegiatus poſt partitiones forum declinare valet: *ibi n.* 169. *p.* 129.

In noſtro Regno ob occultationem, & ſubtractionem bonorum, duo orphanorum Scribæ furcâ ſuſpenſi, & unus judex jugulatus fuére: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *n* 9 *p.* 192.

Ad bona inventario abſcondita qùo remedio uti poſſit? *tr.* 9. *q.* 54. *num.* 7. *p.* 300.

Cætera in verb. *Occultatio* invenies.

*Non conficientes inventarium quâ pœnâ puniantur?*

Pater, mater, aliusvè aſcendens inventarium non conficiens ſucceſſione filiorum, & uſufructu privantur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 7. *p.* 77. & *l.* 4. *c.* 13. *n.* 2. 3. 11. *p.* 654. & *n.* 23 *p.* 657.; & nequeunt eſſe tutores: *dict. c.* 13. *n.* 72. *p.* 662.; ad quos caſus ejuſcemodi pœna extendatur? *l.* 4. *c.* 13 *n* 3. *p* 654.; in quibus caſibus ceſſet? *ibid. n.* 4.; ad incurrendas dictas pœnas an requiratur ſententia declaratoria? *ibi n* 5. *p.* 655.; & etiam dictas pœnas incurrit, ſi illud faciat, & aliqua bona occultet: *n.* 12.; filii an poſſint remittere hanc pœnam? *n.* 14. *p.* 656.; ſi pater, vel mater ob impedimentum inventarium non conficiant, an liberentur à pœnis non conficientium? Quidni? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 54. *p* 661.; ſed ſi fuerint minores reſtituuntur: *ibi n.* 55.; nec etiam in tales pœnas incurrunt ob non confectum inventarium hæreditatis, quæ aliunde ad filios pervénit: *ibi n.* 93. *p.* 665.; ſed aliter eſt loquendo de inventario bonorum adventitiorum filii: *n.* 94.; &, ſi mater de iſtis bonis illud non conficiat, tutelâ privatur: *ibid. num.* 96. *p.* 665.

Tutor, ſi cum debitis ſolemnitatibus inventarium non faciat, in duplum punitur: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 11. *p.* 401.; &, ſi neque inventarium, neque libros rationum faciat, adversùs eum in litem juratur: *ibi n.* 17. *p.* 402.: aſt nec libros, nec inventarium facere tenetur tutor, ſi ſic pupillo utiliùs fúerit: *ibi n.* 21. *p.* 403.

Mulier non faciens inventarium, non habet proviſionem anni luctûs: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 130. *p.* 148.; idem eſt etiam, ſi illud fecit, aſt dolosè, & non integrè: *n.* 131.; & idem etiam, ſi rem magni valoris ſcienter, ac dolosè occultavit: *n.* 132.; manet tamen in capite Caſalis, eſtò inventarium non conficiat: *ibi n.* 133.; & itidem, ſi illud faciendo aliquam rem ſcienter, & dolosè omittat: *n.* 138. *p.* 148.; & multò magis ex occultatione rei parvi valoris: *n.* 139.; nec etiam quando impedita fuit: *n.* 140. 141. *p.* 149.; ſtante autem dilapidationis periculo cogenda eſt, ut deſcriptionem faciat: *n.* 136. *p.* 148.

Hæres non conficiens inventarium ultrà hæreditatis vires obſtringitur: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 1. 2. *p.* 242. & *n.* 80. *p.* 250.; quia contrà eum inſurgit præſumptio, quòd bona ſurripuit: *ibi n.* 82. *p.* 251.; an hoc procedat in foro conſcientiæ? *ibi à n.* 6. *ad* 17. *à p.* 242. Nota tamen, quòd hæres in plus non obſtringitur in foro interno, quàm defunctus: *n.* 8. *p.* 243.; in foro autem poli nemo adſtringitur ad ſolvendum ultrà vires ſuas: *n.* 9. Menti tradendum, regulam ubi proximè poſitam in *n.* 1. & 2. locum habere, tàm in hærede extrâneo, quàm in ſuo, tàm in maiori, quàm in minori: *ibi n.* 18. *p.* 244.; in donatario hæreditatis: *n.* 28. 29. *p.* 245.; an in Eccleſia procedat? *à n.* 32. *ad* 38. *à p.* 245.; an in Clerico? *à n.* 40. *ad* 43. *p.* 246.; an in milite? *n.* 44. 45.; an in muliere, & ruſtico? *n.* 46.; an in cohærede non confici-



Obra protegida por direitos de autor

ficiente inventarium, ſi alius cohæres illud fecit? *n.* 52. 55. *p.* 247.; an uno in conjuge, eò quòd alius conjux inventarium confecerit? *n.* 54.; an in fiſco? *n.* 56. *& ſeqq. p.* 248.; an in hæredibus anomalis? *ibi n.* 61. *p.* 248.

Aſcendentes, & deſcendentes, damnatorum bona ſine inventario capientes, ultrà hæreditatis vires non coguntur, ex beneficio *Authent. bona damnatorum*: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 62. *p.* 248.; Rex, Princeps, pater tutor, adiens nomine pupilli, abſque factione inventarii tenetur: *ibid. n.* 63. *p.* 248.; & adversùs eos juratur in litem in omnibus caſibus, in quibus adversùs alios juratur: *n.* 64. *p.* 249. Nullus tamen hæres tenetur, quantumvis inventarium non conficiat, quando creditores, & legatarii fatentur alia in hæreditate non eſſe bona præter illa, quæ hæres oſtendit: *ibi n.* 65.; & idem eſt ſi aliundè, quàm ex confeſſione creditorum, & legatariorum conſtet alia non adeſſe bona: *n.* 70. Hæres illius, qui non tenebatur, ultrà, quàm facere poterat, an ultrà vires adſtringatur? *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *à n.* 77. *ad* 85. *à p.* 250.; & an idem ſit in hærede habente tale privilegium, quod non teneatur ultrà, quàm facere quit? *ibi n.* 86. *p.* 251. Non tenetur ultrà vires hæres ad quem onus adimplendi vota realia defuncti tranſivit: *n.* 87. *p.* 251.; & ad vota perſonalia nec intrà vires tenetur: *n.* 88. *p.* 251.; an idem procedat in hærede miræ bonitatis, & ſanctitatis? *n.* 89. 90.; quid quandò ex diſpoſitione legis, vel teſtatoris obligatio eſt reſtricta ad vires patrimonii, tenebitur nunquid hæres non conficiens inventarium? *ibid. n.* 91. *p.* 252.; quid quandò teſtator juſſit legata ſolvi de bonis ſuis, tenebiturnè hæres? *n.* 93.; quid quandò una tantùm res in hæreditate invenitur? *n.* 94.; vel quandò hæreditas eſt certa? *de n.* 95. *ad* 97.; quid quandò mulieri opponitur confeſſio emiſſa in inventario ab ea facta? *dict. c.* 11. *n.* 144. *p.* 258.

Ultrà hæreditatis vires non obligatur hæres quando ad adeundum dolo creditorum, & legatariorum inductus fuit: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 101. *p.* 253; nec ſi coactè adivit: *ibi n.* 102.; & in iſto caſu, nec legata cogitur perſolvere: *n.* 103.; nec quando ſtatutum tollit pœnas: *n.* 106.; nec ad alimenta non taxata tenetur ultrà vires: *n.* 107.; nec cùm hæres cum legitimo ſucceſſore tranſigit: *n.* 108.; nec cum hæres adhuc hæreditatem non adivit: *n.* 109.; nec cùm erroneè adivit: *n.* 110. *& ſeqq.*; nec quando obligatio defuncti eſt nulla: *n.* 115. 116. *p.* 254.; maximè ſi omni jure eſt nulla: *à n.* 118. *ad* 120., quamvis ſit juramento vallata: *n.* 121.; niſi per juramentum obligatio defuncti validetur: *n.* 122.; nec quando defunctus ſolummodò taxativâ ſe obligavit: *n.* 128. 129. *p.* 256; nec quando ita actum fuit, quòd obligatio ad hæredes non tranſiret: *n.* 136. *p.* 256.

Non confecto inventario per hæredem primi ordinis, ſecundus (ſi itidem non conficiat) ultrà vires obligatur: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 147. *p.* 259.

Omiſſio inventarii minimè nocet, ſi certus eſt hæreditatis ſtatus: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 96. *p.* 252.; nec ſi hæres in illo conficiendo plùs impenderet, quàm valeret hæreditas ipſa: *ibi n.* 98. *p.* 252; quod intelligitur, quando notoriè de teſtatoris paupertate conſtat: *n.* 99. Coram ſupremis judicibus pariliter non officit inventarii omiſſio, quoties de veritate conſtat: *ibi n.* 104. 105., ubi ratio.

Inventarium ſemper eſt jus excipiendi an teneatur ultrà hæreditatis vires: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 13. *n.* 3. *p.* 272.

Numnè legitima amittatur ob non confectum inventarium? Nervosè diſcutitur in *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 1. *tot. à p.* 277.; ſed *ibidem n.* 8. *&* 16. *p.* 278. *&* 280. animosè vincit pars negativa: ſed hæres

non

Obra protegida por direitos de autor

non conficiens debitum ſuum perdit: *ibi n.6.p.*278.; legataquè integra perſolvere cogitur: *ibid. n.*3.*p.*278.

Trebellianicam utrùm amittat hæres inventarium non conficiens? Pro una, alteraquè parte diſcutitur in *tr.* 1 *l.*3.*c.*3.*à n.*3.*p.*289., & pro negativa reſolvitur in *n.* 28. *p.* 292. Qui hanc negativam ſequuti fuerint, illam limitabunt, quando teſtator hæredi gravato vetaverit trebellianicam deducere: *ibi n.*66. *p.*297. Qui affirmativam amplexi fuerint, itidem limitabunt, quando teſtator hæredi gravato confectionem inventarii remiſerit: *ibi n.*65.*p.*297.

An pari modo amittat falcidiam hæres, inventarium non conficiens? Affirmativum redditur verbum in *tr.*1.*l.* 3.*c.*3 *n.*5.*p.*289.

Minores facti maiores an ad pœnas non conficientis inventarium agere poſſint contrà parentes? *tr.*1.*l.*4.*c.*13.*n.*99. 102 *p.*666.; ſed tacentes uſque ad maiorem ætatem an videantur pœnas remittere? *ibi n.*101.; parentes nihilominùs haud tenentur ante ſententiam declaratoriam: *ibid. n.*100.*p.*666.

Querella authoris adversùm malam executionem pœnarum inventarium non conficientium: *tr.*1.*l.*4.*c.*13.*n.*97. *p.* 665. Negligentes judices illarum executionem lethalter peccant, & ad reſtitutionem tenentur: *ibi n.*98.

Inventario non confecto, legatariis poſt ſententiam, creditoribus anteà, adſtringitur hæres in ſolidum: *tr.* 1. *l.*1 *c.*5.*n.*20.*p.*95.

Ad ſequeſtrum ob non confectum inventarium quandò procedi debeat, nec ne? *tr.*2.*l.*6.*c.*12.*de n.*49.*ad n.*62.*à p.*675.

*Inventarium ab uno confectum quandò alalteri proſit ad vitandas pœnas non conficientium?*

Factum ab uno ex hæredibus, cæteris non conficientibus prodeſt: *tr.*1.*l.*2. *c.*13.*n.*1.2.5.*p.*271.; quamvis factum ſit per procuratorem: *ibi n.*6.*p.*272.

Pupilli inventarium ſubſtituto prodeſt: *tr.*1.*l.*2.*c.*13.*n.*7.*p.*272.

Factum ab inſtituto ſub conditione, qui bonorum poſſeſſionem petiit, ipſi prodeſt, ſi poſtmodùm conditio verificetur: *tr.*1.*l.*2.*c.*13.*n* 8. *p.*272.

Factum ab inſtituto, qui hæreditatem non adivit, prodeſt vulgari ſubſtituto: *tr.*1.*l.*2.*c.*13.*n* 9. *p.*272.

Factum ab hærede gravato de reſtituendo fideicommiſſo, prodeſt fideicommiſſario: *tr.*1.*l.*2.*c.*13.*n.*10.*p.*273. *& l.*3.*c.*2.*n.*36.*p.*286.

Factum ab hærede ei prodeſt, ut de portione ſibi poſteà accreſcente novum facere non teneatur: *tr.* 1. *l.*2.*c.* 13 *n.*11.*p.*273.

Factum à tutore, ſuffragatur pupillo: *tr.*1.*l* 2.*c.*13.*n.*12.*p.*273.

Factum ab hærede, commodum affert uxori: *tr.*1.*l.*2.*c.*13 *n.*14.*p.*273.

Factum à ceſſionario an proſit hæredi? *tr.*1.*l.*2.*c.*13.*n.*14.15.*p.*273. E' contrà inventarium hæredis, ceſſionario ſuffragatur: *ibi dict. c.*13.*n.*17.*p.*273.

Factum ab emptore, hæredi prodeſt: *dict. c.*13.*n.*19.*p.*274.

Factum ab uſufructuario, hæredi prodeſt: *ibid. n.*22.*p.*274.

Factum à defuncto paulò ante mortem an proſit hæredi? *dict. c.*13. *num.* 21. *p.*274.

Factum ab hærede in vita defuncti, nùm proſit ei poſt mortem defuncti? *dict. c.*13.*n.*26.*p.*275.

*Quò ad beneficium inventarii.*

Apprimè cõmendatur inventarii beneficium, quoniam ſine illo difficile, imò fermè impoſſibile foret totius hæreditatis diviſio, & rationum diſpunctio: *tr.* 1. *l* 1. *c.* 1. *n.* 10. 11. *p.* 71.

Prohibere poteſt teſtator hæredi hæreditatem adire cum beneficio inventarii: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 5. *n.* 25.28.29 *p.*95. 96.; per ſtatutum ita ſimiliter caveri



Obra protegida por direitos de autor

ri poteſt: *ibi n.* 26. 27. *p.* 96. *& ſeqq.*

Inventarii beneficio hæres ſibi actionem conſervat: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 5. *p.* 299.; &, eo negleto, amittit: *ibi n* 6.; eſtque indolo præſumpto: *n.* 7.; quapropter filius, ſe ſe immiſcens hæreditati paternæ abſque inventario, fundum à patre alienatum recuperare non valet: *n.* 7. *p.* 300.

Hæres adiens hæreditatem inventario confecto (ſeu, ut vulgò dicitur cum beneficio inventarii) ultrà vires hæreditatis non adſtringitur: *tr.* 1. *l.* 3. *c* 8 *n.* 1. *p.* 317.; hoc ſiquidem beneficium operatur, ut maneat hæres taliter, ac ſi hæreditatem non adiiſſet: *ibi n.* 2.; & hæres eſſe non videtur: *n.* 3.; incolumis omnis damni ſervatur: *n* 4.; de bonis propriis nil ſolvere cogitur: *n.* 5.; judicatur hæreditas ceu jacens: *n.* 6.; potiùs adminiſtrator, quàm hæres cenſetur: *n.* 7.; & idem prædicandum de hærede hæredis beneficiati: *n.* 8.; tametſi agatur de debito dotis: *n.* 9.; & hæres, qui inventarium facit, fundatam habet intentionem, quod non ſint alia bona: *n.* 10. 11. *p.* 317.; modò ſit legitimè confectum: *n.* 12. *p.* 317.

Prodeſtnè hocce beneficium, aditâ hæreditate ſine proteſtatione inventarii, quod poſteà ſit infrà legitimum tempus? Utiquè: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8 *à n.* 15. *ad* 20. *p.* 318.; ſed limitatur ut *à n.* 21. *ad* 25.

Numnè hæres adſtringatur ex proprio, quandò bona hæreditaria poſt aditionem, mortemvè teſtatoris pereunt, vel decreſcunt? Negamus procul ab hæſitatione: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8 *à n.* 26. *ad* 28. *p.* 319.; niſi ſit in mora ſolvendi, vel ejus culpâ perierint: *ibi n.* 29., & optimè intelligitur *uſque ad n.* 49.

Numquid hæres beneficiatus deducere poſſit expenſas factas ad ejus defenſionem contrà alios pertendentes ſe eſſe hæredes, antequàm debita hæreditaria perſolvat? Utiquè: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *n.* 50. 53. *p.* 321.; ſimiliter deducit expenſas pro defenſione rerum hæreditatis: *n.* 54.; niſi eas calumniosè defendat: *n.* 55.; deducit pariformiter factas in funere, & infirmitate defuncti: *n.* 56. 57. *p.* 322.; quorum reſpectu omnibus aliis creditoribus præfertur: *n.* 58. *p.* 322.

An hæres juvetur inventarii beneficio quandò erat defuncti fidejuſſor? Securè inficiatur: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *à n.* 70. *ad* 74. *p.* 323.

An beneficiatus hæres poſſit ſolvere debitum, ſeu relictum creditoribus, & legatariis primò venientibus? Audaculus foret inficians: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *à n.* 75. *ad* 81. *à p.* 324.

Utrùm hæres gaudeat beneficio inventarii nulliter confecti? Negativè *in dict. c.* 8. *à n.* 82 *p.* 325.; quippè, ut ejus beneficio fruatur, illud ſolemniter factum oſtendere obſtringitur: *ibi n.* 85 *p.* 325.

Beneficiatus hæres non tenetur exigere hæreditaria credita: *tr.* 1. *l.* 3 *c.* 8. *n.* 95. *p.* 396.; nec de nominibus non exactis rationem reddere: *ibi n* 94; niſi ejus culpâ inexigibilia fierent: *n.* 96.; & quandò hæredis culpa ſic facta dicantur? *n* 97.: ſicut etiam non tenetur vindicare bona penes tertios exiſtentia: *n.* 98. 99.; nec rationem reddere de pecuniis, quæ pauló antè defuncti mortem apud illum erant: *n.* 100.; nec de mobilibus non ſolidæ materiæ: *n.* 101. 102.: ſecùs eſt in hærede gravato: *n.* 103.; obſtringitur è converſo hæres beneficiatus rationes reddere de fructibus rerum hæreditatis, poſt ſcientiam creditorum perceptis: *n.* 104. 105. *p.* 327.; de debitis ſolutis poſt creditorum ſcientiam: *n.* 107.; & ſufficit ad hoc, quòd hæres poſſit ſuſpicari hæreditatem non eſſe ſolvendo: *ibid. n.* 108 109. Tenetur etiam conficere rationum libros: *n.* 116 *p.* 328., contrarium verò in *n.* 118. 119. Et quandò adversùs eum juretur in litem?



Obra protegida por direitos de autor

Dudùm invenies in verb. *Juramentum.*
An ſi fuerit inſimul hæres, & ſucceſſor maioratûs, valeat reivindicare bona à defuncto alienata? Poſt non parvam diſceptationem affirmativè reſovitur in *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *ex n.* 122. *uſque* 142. *à p.* 329. Et pro limitationibus diſquires forſan:
An dentur in jure caſus, in quibus hæredi inventarium non proſit? Quis ibit inficias? Undecim videſis in *tr.* 1. *l.* 3 *c.* 8. *à n.* 143. *ad* 155. *p.* 330., quò te invito, ne multus hic videar.
An hæres, non obſtante inventarii beneficio, cogatur legata ſolvere cum augmento accedente poſt conditum teſtamentum? Quis ambigit? *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *à n.* 156. *ad* 161. *p.* 331. Et quid quò ad fructus poſt conditum teſtamentum? Idem autumamus: *l.* 3. *c.* 8. *à n.* 162 *ad* 181. *à p.* 331., ubi multifariam intelligitur.
Annè extrâneus, ſe offerens ad adeundam hæreditatem ſine inventario, ſit audiendus, & præferendus hæredi ſuo volenti adire cum beneficio inventarii? Negativè in *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *n.* 182. *p.* 333.
Hæres promittens ſolvere creditoribus debita hæreditaria, & legatariis legata, cenſetur facere actum contrarium privilegio inventarii: *tr.* 1. *l.* 3 *c.* 11. *n.* 2. *p.* 363.; & tunc ex propria promiſſione, & obligatione an teneatur? Affirmativè in *n.* 4 5. 7.; negativè *à n.* 8 *ad* 23. *à p.* 363.
Beneficio inventarii non juvatur hæres quò ad proprias obligationes: *dict. c.* 11. *n.* 3. *p.* 363.; quia hæres conventus nomine proprio inventarii beneficio non juvatur: *ibi n.* 6. *p.* 363.
Beneficium inventarii, licet debeat hæredem præſervare, ne ſit in damnum, non tamen debet eſſe in creditorum perniciem, ac damnum: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 162. *p.* 129. *& n.* 122. *p.* 131.
Rex an uti queat beneficio inventarii? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 97 *p.* 520.
An acceptans hæreditatem paternam ſub proteſtatione beneficii inventarii, illo gaudeat immiſcendo ſe bonis, & poſteà nullo facto inventario patris ſub velamento, quòd priùs matris inventarium conficiendum erat? *tr.* 9. *q.* 72. *tot. à p.* 408.

*Quò ad probationem.*

Quam probationem inducat inventarium quodlibet, & inventarium bonorum delinquentium? Aſpicies verb. *Probatio.*
Inventarium allegans an illud probare teneatur? Quidni? *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 149. *p.* 259.; & non ſufficit indicare Notarium, penes quem factum eſſe dicit: *n.* 150. *p.* 259.
Facto inventario, non admittuntur tutores, & curatores ad probandum bona ibi ſcripta tanta non eſſe: *tr.* 4. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 25. *p.* 121.

*Quò ad remiſſionem.*

Inventarii factio remitti nequit uſufructuario: *tr.* 1. *l.* 4 *c.* 2. *n.* 3 *p.* 423.; imò nec à Principe remitti valet: *ibid. n.* 4.; etiamſi teſtator pœnam privationis apponat uſufructuario conficienti inventarium: *n.* 5.; ſemper tamen remiſſio teſtatoris aliquid operatur, de quo *ibi n.* 6. *p.* 423.
Confectio inventarii remitti poteſt à teſtatore: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 5 *num.* 1. *p.* 93.; etiam quando ex lege, ſtatutovè fieri debuiſſet, modò juſta adſit cauſa: *ibi n.* 2. *p.* 94., quacum etiam judex remittere valet: *n.* 3.; remiſſa tamen à teſtatore, à judice decerni poteſt, ſi minoribus proſit: *n.* 4. *p.* 94.
Quid contineat liberatio generalis de non conficiendo inventarium à marito uxori facta? *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 37. *pag.* 8.
Reliqua in verb. *Remittere.*
*Invidia* carpitur: *Prolog.* in verſ. *Ulteriùs accipe.*

*Invi-*

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor